



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

Sadoleto, Jacopo

[Francofurti], 1607

XIV. Iac. Sadolet. S.R.E. Cardin. Hermanno Archiepisc. Coloniensi, S.P.D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

non enim nihil habeo fore ut interdum nos (quod com-
 puto facere possis) iniurias. Illud me pupugit in extrema tua
 epistola, quod optimum & conianctissimum collegam meum
 Nicolaum Goddium, laborare febricula scripsisti: quo nihil mihi
 potuit accidere inolestius. Incredibile est, quati ego illum, quan-
 tum humanam illius humanitatem, mitissimos mores, in primis que
 mecum mihi & respectam erga me benevolentiam faciam. Qua-
 propterea si me amas, vise eum quamprimum meo nomine, meis
 que vestris amantissime saluta: & hortare etiam atque etiam ut
 conualescendum ad diligentiam ad conualescendum adhibeat. Abs-
 te autem peto, quatenus ut primo quoque tempore facias cer-
 tiorum Vale. Ex suburbano nostro Carpentora censi.

XIV.

JAC. SADOLET. S. R. E. CARDIN.
 Hermannio Archiepisc. Coloniensi, S. P. D.

Quam legitem commentarios, quos tu de concilio episcopo-
 rum provincie tue, more maiorum per te habito actoque,
 de consensu moribus sacerdotum, deque ecclesie sacramentis
 tractatus scriptos, in lucem edidisti: equidem commotus ad-
 miratione tua praeclarissimi consilij, eiusque actionis, qua nulla
 maior hoc tempore, nec Christiana Reip. utilior suscipi potuit:
 miror in modum benevolentiam erga te meam, quam
 ad hoc de causis conceptam antea habebam: teque & magnum
 etiam & optimi antistitem, omniq; honore ab omnibus dignif-
 icatum notantem. Non enim solum tu primus aliquot iam seculo-
 rum fides tam ad fidei & sancte gerendum sacerdotium tuum,
 quam tibi operantibus, quae antea ob diuturnam defuetudinem, tan-
 quam reprobatissimis stirpibus penitus erat obsepta: sed etiam
 exemplum illustre praebuisti, ut te imitarentur, si qui vel-
 let de quorum in cordibus pietas & religio Christiana locum
 aliquem haberet. Nec tamen omnibus hoc liberum fortasse, nec
 per eandem cunctorum conditio est. Vidi enim ego, cum in
 hoc concilio, & cum in senatu nostro hac de communi omnium
 episcoporum concilio habendo, causa ageretur: multa reuera
 obstantia impedimenta, quae Pontificis Maximi studium retarda-
 runt. Sed tamen ego & tunc ita sensi, & nunc sentio, aut vna hac
 ratione concilij rite congregandi, subueniri posse his tot in com-
 muni quatuordecimq; detrimentis, quibus urgetur & ad interitum agi-
 tur Christiana Reipub. aut si hoc remedium non sit profuturum,
 nulli alio hominum consilio a peste summi exitij Reip. posse pro-
 hiberi. Non enim si concilium castè legitimeq; habitum non prode-
 rit, est expectanda medicina quae opè ferat. Sed illud certe ab-

omnibus nobis existimandum, Deum in fensum delictis nostris
 repositentemq; a nobis scelorum & peccatorum penas, quae
 ad summum intelligat esse perducta, supremum iam decretum
 de incertu nostro fecisse. Quapropter occurrere illius iracundiae
 nos oportet, & precibus atque operibus quae vera humilitate
 nobis, vera religione, vera penitentia veterum malefactorum
 nouaque inuentis vitae integritate & iustitia proficiscimus
 auertere vindicantis feneritatem, cuius lenitatem toleramus
 ramdiu despeximus. Hoc enim si egerimus, & confugerimus ad
 ipsius misericordiam, gemitusque eos ediderimus, quos acer pe-
 catorum dolor a nobis expresserit: haeretur ipse, & ut bonus est
 nitè, ac misericors, conuerteret ab ira sua, simulac nos conuictos
 à peccato senferit. Quo nobis reconciliato atque placato, cessan-
 tibus continuè ista quae nos domi forisque perturbant, non so-
 lum hostilis arma crudelitatis, sed etiam venena domesticè per-
 fidiae. Verùm hæc reconciliatio nullo alio profus pacto vitueta
 & integra commodè fieri potest, nisi generalis concilij quodam
 quasi feriendo scedere sanciat. Nam si vniuscuiusque arbitrio
 (id quod serè nunc fit) suae vitae correctio permittatur: primum
 haud ita multi sunt, qui sua sponte moueantur ad pietatis
 que viuendum. Deinde, quam multos esse existimamus, qui in-
 rectum nesciant: quam multos, qui in hoc vitiorum regno, quae
 nostra hac ætate plurimum pollent vigentque multa libere
 rentur licere, quae tamen improbanda & reprehendenda sunt.
 De quibus etsi possunt à sacris literis, & earum gnatis ac peritis
 doctoribus admoneri: tamen in hoc penè communi generis hu-
 mani ad vitia consensu, obstrepit bonis & veris admonitionibus
 mala consuetudo, magisq; plerique mores suos ex prauis eorum
 qui praesunt moribus, quam ex eorundem proba oratione effu-
 gunt: cum praesertim seuera lex nulla sit, quae homines à delin-
 quendo coërceat. Quanquam non desunt quidem leges seueræ,
 & graues: sed earum fidei custodes profecto desunt, delueruntque
 iamdiu: ita ut non prauis solum, & vitia ipsa consilio sciantur
 bus: sed etiam ceteris, quos bona disciplina fortasse, si esset ad-
 hibita, efficere bonos potuisset, ampla praebita sit occasio, vel il-
 lecebra potius, corruptè, inquinatèque viuendi. Quibus omni-
 bus damnis & detrimentis, diuinæque vnà aduersum nos iræ me-
 deretur sine vlla dubitatione Concilium, quod & ritè indictum
 esset, & ex fide bona ageretur. si in id non solum à Rom. Pontifi-
 ce, & a nobis, verùm etiam à reliquis Christianis principibus
 conueniretur. Quod enim publicæ vilitatis causa comparatum
 est, omnium debet assensu & comprobatione sumari, praesertim
 que eorum, qui opibus & potentia antecellunt, quorum ceteros
 possit auctoritas permouere. Tale igitur si haberetur, celebrato-

mpe concilium, non dubium est, quin aspirante bene cecepta
 a Deo, hominum studiis consentientibus, misera & infelici
 gentis nostri status conditione demonstrata, facilis esset &
 primum Christiano nomine malorum emendatio: quod
 de veteres leges sanctae & salutare de integro sancirentur, &
 eorum promulgarentur: maliq; penarum & ignominiarum me-
 ritum contra Deum officia redigerentur: totaq; consentiente
 in laudem Dei, & in correctionem Christiani populi catholica
 ecclesia, multis personis, ut est ab Apostolo Paulo dictum, mul-
 tiplices preces & gratias referrentur ad summum Deum. Quod si
 hoc modo contra fortasse Concilium non possit (video enim tem-
 pore, video difficultates) multum sit omnino de spe nostra de-
 citum. Sed tamen si qua reliqua ratio iniri queat, non tam con-
 temnenda nostra quidem nec stabilenda, quam ad tempus ali-
 quod sustinenda salutis: ea mihi in isto potissimum concilio
 videtur esse posita, cuius tu initium in tua provincia fecisti, rem-
 pte omnium pulcherrimam & Deo acceptissimam es auspiciatus.
 Scimus quanto post Christi Dei nostri aduentum ad nos, missio-
 num ab eo Apostolorum ad exteras gentes, nulla magis re. cre-
 ditur, amplius catamq; esse Christianam & religionem & Remp.
 quam his provincialibus Episcoporum conventibus, qui per na-
 mias & provincias annuclarij fiebant. Qui mos iam pridem
 ut cum plurimis aliis optimis & probatissimis, penitus extin-
 ctus, magis desiderare nos cogit vetusta tempora, quam hodie-
 rit condere. Hunc igitur sanctissimum omnium & praeclarissi-
 mam nos, quod tu in lucem & vsum reuocare conatus es, tuaq;
 nomis & religionis exemplo, tanquam quodam altè sublato lu-
 mine, aut emendisti, aut certe in singulos dies es ostensus, qui
 tantum Christiano sacerdotio Archiepiscopi aut primates illo ho-
 nore & loco digni, & qui secus: verè tibi dicam, Hermanne opti-
 me, & honoratissime nulla mihi laus videtur cum tuo isto facto
 posse comparari. Et si non his quidem rebus & actionibus laus
 nominum queritur, sed ad Deum sunt directa huiusmodi confi-
 da: qui nos nostra merces, nostrum praeium est: & cuius in
 laudo nomine quae geruntur, ea sola & recta & gloriosa sunt.
 Cum quidem Dei immortalis & omnipotentis remunerationi
 impendit quonia sunt bona hominum opera referuata, æquum
 est, ut nos hic de illis parcius commemoremus. Venio nunc ad fa-
 ctum tuorum librum, quod tu Enchiridion appellas, cuius sum-
 matione incredulitèr delectatus. omnia enim quae pro Dei cau-
 sa catholice fidei ac religionis propugnacione, aduersus illius
 errores & obrectatores afferri possunt, sunt a te in eo libro ac-
 curatissime collecta: talibusque explicata cum verbis, tum sen-
 tentiis,

tentijs, vt cum summa rerum in illis diuinarum cognitione, se-
 rus planè animus, & in docendo redarguendoque singularis mo-
 destia coniuncta appareat. Quæ scribendi ratio verè Christiana
 est. Non enim tantum in verbis pietas, sed etiam in moribus in-
 edè magis requiritur: in quibus verior quoque Christi est imi-
 tatio: cui cum malediceretur, ipse nemini contra maledicere
 Proinde fit hæc aliorum propria insolentia clamare, maledicere
 conuitia iacere, & inuicem petulanter: atq; vrinam ne sit quidem
 à cunctisq; potius & animi æquitas, & studium amplectende vo-
 ritalis adhibeatur. Nos sanè mansuetudinè & Christianam cha-
 ritatem teneamus, quæ à te mirificè in tuo libro retenta est. Ita
 que mihi non solum admirari & laudare doctrinam tuam, sed et-
 iam morem diligere necesse est. Es enim tu, quod hoc tempore
 rarum est, non solum scientia, sed etiam vita Christianus: quæ
 nobis imaginem præstantis & virtutis & eruditionis tue, tua scri-
 pta repræsentant. Atque hæc hæc tamen: Vnum tantum in tuo li-
 bro est, quod ego desiderarim, quodque mihi pereorantione di-
 gnum videri sit. Sum enim tacitus mecum non nihil admirans
 quod tu capite eo libri tui, in quo de sacramento penitentis ver-
 ba facis: vbi ad tertium illius membrum, quod satisfactio est, ve-
 nitur, nullam prorsus in eo mentionem purgatorij facias, cum &
 hoc maximè locus ille requirere videatur, & nos cum Catholica
 Ecclesia vnà teneamus, illa satisfactio operum non tam ad decli-
 mandas temporarias penas, quas in hac vita à nobis pro peccatis
 nostris Dei seueritas reposit, quam ad leuandas illas & mitiga-
 das, quæ in altera vita nobis purgandis proponitur, vim habeat.
 Nisi hoc fortasse tu eodem modo intelligis, in penasq; tempo-
 rarias etiam eas includis, quæ subeuntur in purgatorio igne. E-
 ciam temporarium, quicquid non est æternum. Veruntamen (vt
 mihi videtur) oportuit in eo loco aliquam purgatorij fieri men-
 tionem: ne aduersariis in hac re fidem Catholicæ Ecclesiæ impu-
 gnantibus, quasi quodam silentio victoria traderetur: qui inuicem
 certè & sine ratione infimulant Ecclesiam. Nam si remissa nobis
 culpa à misericorde Deo, pena tamen aliqua restat, quæ soluen-
 da sit, vt tu quoq; piè religioseq; confirmas: non potest huiusmo-
 di pena ex his tantum huius vitæ temporalibus incommodis ce-
 feri. Primum quia hæc incommoda Christianis hominibus non
 semper mala sunt, sed habent plerunq; virtutis in se & patientiæ
 exercitationem: vt sæpe à Paulo repetitum legimus, sæpiusque
 bonis inferuntur à Deo, quàm malis. Siquidem oportet Chris-
 tianos multos in hoc pati seculo, vt confirmet erga se promi-
 siones Dei, quemadmodum scripturæ sacræ multis in locis testifi-
 cant. Deinde multi, qui graui & improba multa admiserunt, post-
 quam redierunt ad cor, & ex penitentia in gratiam sunt restituti,

penas tamen hæc in hac vita effugerunt: in quo esset quædam
 quædam infirmitas summi iudicis, si nullas usquam hi soluerent pec-
 catorum penas, & nimirum nisi penæ in purgatorio abeundi-
 tas ex hac vita, quanquam à culpa absolutis, sint propitæ,
 (ut necesse patet appellandæ sunt, quæ non puniunt, sed purgant)
 voluerit vacillare Dei severitas, & iustitia: cuius ratio reddi ido-
 nea nulla potest, quam obrem ex eodem scelere hic in hac vita à
 Deo peccator, ille impunitus evadat: nisi, quod & impium est
 esse de Deo cogitare, & in purgatorio æqua sit omnium compen-
 satio. Deinde, cuius esset erroris accelerare sibi quempiam præ-
 sentis corporis incommoda, ut futura in hac eadem vita deuita-
 ter miserare, algere, sudare, bona sua elargiri: ut paupertatem
 largiorem effugeret, ut ærumnam, ut vigiliam, ut famem, præ-
 sentem que fortitan non essent euentura, sicut non omnibus
 peccata eueniunt? Non cohærent ista, si effugienda
 sunt huius tantùm vitæ temporalium penarum causa penas
 nullas nobis in satisfactione, voluntarias adscisceremus. Sed
 hæc opera satisfactionis suscipiuntur omnia, primùm obedi-
 entie & humilitatis causa: Deo enim & sacerdoti sic præcipienti
 obtemperamus: deinde, ut aliquo nostri hinc corporis incom-
 modo care tollamus omnino, si fortè datum sit, aut certè mi-
 nus minus vitæ purgatorias penas: earum que aut magni-
 tudinem, aut longinquitatem contrahamus. Quæ potior mihi
 ratio est sententia Ecclesiæ semper visa est, quare nobis sacerdos
 iudicis peccata nostra, opera illa satisfactoria post absolutio-
 nem imperet: quæ erit valent, aptaque sunt ad nos in bono mo-
 re utique pieque agendi, magis confirmandos, quod & confi-
 rentur utrum vna, cum que Ecclesiasticis cæteris doctoribus sen-
 tentiam id potissimum in illis spectatum est, ut quoad possu-
 erit, post extremum diem, semper abundante erga nos Dei mi-
 sericordia, aut nulla aut leuissima purgatorij ignis cruciamenta per-
 ferant, cum eorum iam nonnullam in hac vita eiusmodi operi-
 bus hinc partem. Hæc habui Antistes optime & præstantif-
 simæ, quæ tibi à me putarem literis esse declaranda: qui & exi-
 mitas tuis virtutibus mirabiliter faueo, omnique tibi cultu & be-
 neuolentia sum deditus, & in qua re aliquid à te prætermisum
 peccatum, arguente de eotum & liberè loquendum arbitror. Tu
 à mecum erga dignitatem tuam studium amoremque singularera
 partem tuam me voluntate exceperis: efficiam profectò, occasione
 præstata, ut neminem tui amantiorem quam me facillè repe-
 rias. Vale. Carpentorachi, III. Calend. Decembris,

M. D. XLI.

IAC.